Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0001-8

zu 008

O.i.840 (1-101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0002-4

THESES EX MATERIA DE VSVFRVCTV DESVMPTAE.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA, PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSVLTISS. VIRIS D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fiſco, pro laudabili & hucuſque recepta conſuetudine, in florentiſſimo Iuridicæ facultatis apud Vbios Collegio publicè defendere conabitur.

HIERONYMVS HACK.

Anno à partu Virginis M. D. XCI. VI. Iunij.

COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Aa

24 26

CONTINVATIO.

CVm ſuperioribus diſputationibus de rerum corporalium vindicatione actum ſit, reſtat vt de incorporalibus, quæ etiã vindicari poſſunt, agamus, inter quæ vſusfructus, tanquam dignior recte præmittitur. (a)

(a) l. cuiuſcunque 60. ff. h. t. l. vti frui 5. §. vtrum ff. ſi vſufr. pet. §. æquè. Inſt. de action.

THESIS I.

PRincipio itaque ſciendum vſumfructum in genere acceptum duplicem conſtitui poſſe, alium Cauſſalem, qui dominio coniunctus ſit, alium Formalem, de quo nunc acturi ſumus. (a)

(a) facit l. fundum 4. ff. ſi vſusf. pet. l. ſi teſtamento 21. §. ſi fundum ff. de except. rei iud. l qui vſumfructum 58. l. ita ſtipulatus 126. §. 1. ff. de verb. oblig. Arius Pinellus in l. 1. p. 2. nu. 9. & 10. C. de bonis mater. Gomez. lib. 2. var. reſol. cap. 15. nu. 2. & 3. Zaſius lib. 2. ſing. reſp. cap. 29. nu. 3. & in parat h t. nu. 2 Cuiac. in l. 58. ff. de verb. oblig. Rebuff. in l. rectè dicimus 5. ff. de verb. ſig. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 9. tit. 5. nu. 7.

II.

Qui nihil aliud eſt, quàm ius vtendi, fruendi ſalua rerum ſubſtantia. Eſt autem ius in corpore, quo ſublato & ipſum tolli neceſſe eſt. (a)

(a) l. 1 & 2. ff. & §. 1. Inſt. h. t.

III.

Hic aut eſt Proprius, qui conſiſtit in rebus quæ vſu non conſumuntur, (a) *aut Improprius, in quo ſecus eſt, vt ſi in vino, oleo, pecunia numerata &c. conſtitutus ſit,* (b) *quo legato proprietas rei legatario debetur.* (c)

(a) §. conſtituitur Inſt. & l. omnium §. conſtituitur ff. h. t. (b) dd. §§. conſtituitur, & tot. tit. ff. de vſusf. ear. rerum. (c) l. ſi vini. 7. ff. d. t.

IIII.

Conſtituitur autem vſusfructus aut inter viuos pactionibus & ſtipulationibus, (a) *inter quas etiam duplicia iudicia numeramus, vt cùm Iudex vni vſum fructum, alteri proprietatem adiudicat.* (b)

(a) l. 3. §. & ſine ff. h. t. §. vſusfructus. Inſt. h. t. (b) l. vſusfructus 6. ff. h. t. l. & puto §. 1. ff. fam. erciſc. l. ſi quis putans §. officio. ff. communi diuidundo.

V.

Aut in vltima voluntate, legando, (a) *cuius legati dies ante aditam hæreditatem non cedit.* (b)

(a) d. l. 3. & d. §. vſusfructus. (b) l. vnic. vbi Coſtal. ff. quando dies vſusfr. leg. ced. l. 1. §. libertatib. C. de caduc. toll. l. 2. & 3. ff. quando dies leg. cedat. Cephal. conſ. 429. nu. 6.

Iuri

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0005-1

VI.

Iuri quoque accreſcendi in coniunctis,(a)*& Legi Falcidiæ in iſto legato locus eſt,*(b) *quo facit, quòd vſusfructus diuidi poßit,*(c) *vſus non,* (d)*quemadmodum nec cæteræ ſeruitutes.*(e)

(a) l.1.& tot.tit.ff.de vſusf.accreſc. (b) l. vſufructus 5.ff.h.t.l.1.§. ſi vſusfructus & l. in computatione.68.ff.ad l.Falcid.& tot.tit.ff.de vſusf.accreſc.Ceph.conſ. 412. nu.1. & nu. 60.& ſeqq.(c)d.l.vſusfructus.vbi Caſtrenſis in lection.Auin.habita. (d) l. vſus pars. 19. vbi Coſtal.& Caſtrenſ.de vſu &habit. Alciat.lib.1.parad.cap.17.(e)l.pro parte 11.ff.de ſeruitut.l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de verb.oblig.

VII.

Et non ſolum alicuius rei, aut omnium bonorum,(a)*ſed & pro parte diuiſa & indiuiſa relinquitur,*(b)*Partis tamen, & non quotæ mentione facta dimidia intelligitur,* (c) *Sic etiam ad diem;*(d)*& ex die,*(e)*& ſub conditione*(f)*conſtitui poteſt.*

(a)Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.9.tit.6.(b)l.vſusfructus 5.ff.h.t.(c)l.etiam partis. 43.ff.h.t.l.nomen filiarum.164.§.portionis.vbi Alciat.& Rebuff.nu.4.ff.de verb.ſig.l.de ætate.12.§.ſi interrogatus ff.de interrog.action. (d)l.vt puto.16.verſ. vſusfructu. ff. fam. erciſc.gl.in l.4.ff.h.t.(e)d.l.4.ff.h.t.(f) l.ambiguitatem 12.C.h.t.

VIII.

Non autem præciſè neceſſarium eſt, verbo Vſusfructus vti, ſed ſufficit etiam ſi per æquipollens relictus fuerit,(a)*vnde fructibus fundi legatis vſusfructus relictus videtur.*(b)

(a)argum.l.licet Imperator ff.de leg.1.(b)l.ſi quis ita.20.vbi Coſtal.ff.h.t.l.cum ita 41. ff.de vſu & vſusf.leg.Bart.in l.fundi Aebutiani 38.d.t. Arius Pinel.in l.1.p.2.num.11.C.de bonis mat.Mantic.de coniect.vltim.volunt.cap.5.nu.2.lib.9.

IX.

Sed & ex præſumpta voluntate teſtatoris, legatum vſusfructus in proprietatis legat: ex recepta DD.ſententia tranſit, cùm vſufructu legato, vſufructuario prohibita fuerit alienatio,(a) *Quamuis alij & rectius prohibitionem iſtam, proprietatis legatum inducere negent.*(b)

(a)per l.Proculus 19.vbi Bart.& Caſt.ff.h.t.Bart.in l.ex hac ſcriptura 16.col.2.ff.de donat.Alciat.in l.rectè dicimus 25.ff.de verb.ſig.Dec.conſ.41.num.2.Marcus Mantua.ſing. 652.nu.1.Peckius de teſtam.coniug.lib.5.cap.4.Vaſq.lib.1.de ſucceſ.creat. §.9. nu.8. verſ. ſecundò intelligitur & lib.3.de ſucceſſ.progreſ.§.21.nu.52.Dilectus de arte teſtandi caut. 43.tit.de legat.(b)Crauet.conſ.25.nu.21 & ſeq.Pinel.in d.l.1.p.3.nu.43. & anteced. C.de bonis mat Franciſcus Mantica de coniect.vlt.volunt.lib.9 tit.5.nu.9.& ſeqq. Vaſq.lib.3. de creat.ſucceſſ.§.23.nu.50.vbi opinionem priorem corrigit.

X.

Ex eodem quoque fonte emanat conſuetudo Bulgari, qua mulier viuẽtibus liberis vſufructuaria, & domina omnium bonorum defuncti relicta, alimenta & prærogatiuam, quã materfam.in domo habere ſolet, duntaxat conſequitur.(a)

(a)de qua

(a) de qua per glo. Bart. cum addit. Albani & alios in Auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſ. mulier. Cott. in memorabil. in verbo. vxor relicta. Tyraq. in repet. l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. in verb. liberos ſuſceperit nu. 163. & in ll. connubial. gl. 4. p. 10. nu. 7. Gab. lib. 5. com. opinio. tit. de vſuf. concluſ. 2. Dilectus de arte teſtandi tit. de legat. caut. 49. Peckius ferè tot. lib. 5. de teſt. coniug. Borg. Caual. in tract. de vſuſf. mulieri relicto. nu. 17. & paſſim. Mynſ. cent. 3. obſ. 37. & 38. Crauet. conſ. 32. p. 1. & conſ. 352. p. 3. Roland. à Valle conſ. 74. lib. 2. Burſat. conſ. 15. num. 28. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſump. 139. per tot. Gaill lib. 2. obſer. 144.

XI.

Præſcribitur quoque longo tempore vſusfructus, (a) vix enim eſt, quòd non videatur alienaſſe, qui permiſit vſucapi. (b) Et non ſolum per nos, ſed & per eos, qui nobis ſubiecti ſunt, (c) eum conſequimur.

(a) l. fin. C. de præſc. longi temp. vbi Coſt. in fine. Bart. in l. iuſto 44. §. non mutat. ff. de vſucap. VVeſ. in parat. ff. de vſuf. accreſc. nu. 1. (b) l. alienationis 28. ff. de verb. ſig. vbi Alcia. (c) l. vſusfructus 6. §. acquiritur ff. h. t.

XII.

Præſtita autem cautione vſusfructuarius omnes fructus, quos percepit, ſuos facit, qui verò extincto vſufructu percepti non ſunt, quamuis maturi, Proprietario cedunt. (a)

(a) l. arborib. 12. §. Iulianus. vbi Coſtal l. ſi pendentes 27. ff. h. t. l. defuncta. 58. vbi Caſt. & Coſtal. ff. h. t. §. is verò. vbi Linius. Cantinn. Mynſ. Schneid. & alij Inſt. de rer. diuiſ. l. ſi fructuarius 13. vbi Caſtrenſ. ff. quemad. vſuſf. amitt. Caual. d. tract. nu. 242.

XIII.

Ergo & expenſas omnes ad fructus percipiendos ferre, (a) & rem ſartam, tectam conſeruare tenetur. (b)

(a) l. vſufructu 7. §. quoniam igitur. vbi Coſtal. ff. h. t. vide Caualc. in d. tractatu de vſufruc. mulieri relicto nu. 160. Nat. conſ. 252. nu. 7. Tyraq. in tract. de iure primogen. q. 74. nu. 2. (b) d. l. 7. §. hactenus alias eſt l. 8. vbi Caſt. & Coſt. d. loco. Pinell. in l. 1. p. 2. nu. 72. C. de bonis mat.

XIV.

Impendia quoque quæ fiunt propter vectigal aut tributum ſoluendum ab vſufructuario agnoſcuntur, nec repetuntur.

l. vſufructu legato. §. quoniam (alias eſt. l. hactenus) vbi Coſtal. l. ſi pendentes 27. §. ſi quid cloacerij ff. h. t. l. quæro 28. ff. de vſu & vſuf. legat. l. neque ſtipendium 13. ff. de impend. in reb. dot. factis. Latè Pinell. in l. 1. p. 2. nu. 72. Afflict. deciſ. Neapol. 252. nu. 4. Natta conſ. 415. nu. 1.

XV.

Aes tamen alienum, & legata vſufructuarius etiam omnium bonorum ſoluere non tenetur.

tex. vbi DD. in l. fin. ff. de vſu & vſufr. leg. l. fin. §. ſin autem æs alienam vbi Caſt. C. de bonis, quæ lib. Gaill lib. 2. obſ. 146. Dilectus de arte teſtandi caut. 42. tit. de leg. nu. 6. Crauet. conſ. 187. Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 2. nu. 4. latè Caualc. in d. tract. nu. 211. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſump. 143. nu. 8. Natt. conſ. 7. & conſ. 297. nu. 5.

Rectè

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0007-2

XVI.

Rectè etiam colere, & quaſi bonus paterfamilias vti debet,(a) *vnde gregis vſufructu dato in demortuarum pecudum locum, nouas ex ſuo fructu ſubſtituere tenetur,*(b) *aliunde tamen ſupplere vix cogitur.*(c)

(a)§.ſed ſi gregis.Inſt.de rer.diuiſ.l.1.§. cauere ff.vſuſf.quemad.cau. (b) l.vetus 68.vbi Caſt.cum 2.ll.ſeq.ff h.t.(c) d.l.vetus in fine.l. plerumque 10.§. ſi ſerui. ff.de iure dotium. Mynſ.& alij in d.§.ſed ſi gregis.

XVII.

Fructus autem ante cautionem præſtitam non conſequitur, ſi ea petita fuerit, quod ſi autem non fuerit petita, & bona fide ac ſciente domino percepti ſint, ſecus eſt.(a) *Cautio enim ſimpliciter non eſt de ſubſtantia,*(b) *ne quidem in Improprio vſufructu.*(c)

(a)Pinell.in d.l.1. p.2.nu.77. Gaill obſ.66.nu 6.& ſeq.lib.2. Natta conſ.477.(b) Gaill d.obſ.66.nu 1.(c)arg.l.hoc Senatus conſultum 5.§ ſi pecuniæ vbi Caſt.nu.1. & l.ſi vini ff. de vſuf earum rer.Pinell.in d.p.2.nu.78.Caualc.in d.tract.nu.89. Vaſq.lib.1.de creat.ſuc. §.7.num 27.

XVIII.

Ius tamen ſuum vſusfructuarius nemini præterquam domino cedere poteſt, commoditatem autem poteſt.(a)

(a)tex.vbi DD.in §.fin.Inſt h.t & in §.1.Inſt.de vſu & habit.l. neceſſariò 8.§. fin. ff. de peri. & com.rei vend.l.ſi vſusfructus 66.ff. de iure dot.vbi Coſtal.l. vſufructu 57.§.1.ff. ſolut.mat.Gomez.tom.2.varia.reſol.cap.15.nu.15.Tyraq.in retract.lignag.§.26.glo.1.nu. 46.& in tract.de iure conſt.poſſ.p.2.ampl.33.nu.3.Crauet.conſil.52.nu.5.

XIX.

Seruitutem etiam fundo acquirere non poteſt, conſtitutam tamen retinere debet,(a) *vnde ſequitur quod nec nouam imponere liceat.*(b)

(a)l.ſed ſi 15.circa finem ff.h.t.(b)argum.§.ideo autem Inſt.de ſeruitutib.Pinell.in d.l. 1.p.3 nu.69.

XX.

Proprietatis autem domino acquirere fundo ſeruitutem inuito fructuario licet.(a) *Imponere nouam non licet,*(b) *quamuis vſufructuario etiam reluctante proprietatem alienare poßit.*(c)

(a)d.l.ſed ſi 15.verſ.acquiri.h.t.(b)d.l.ſed ſi in fine. Coſtal.in l.2.ff.ſi vſuf.pet. (c)l.locũ 16.§.proprietarius ff.h.t.l.3.§ ſi hæres ff.vſufr.quemadmodum caueat l.fundi Aebutiani 38.ff.de vſu & vſuf.leg.Gomeſ.tomo.3.variar.reſol.cap.15.nu.9.

XXI.

Vindicatio, quæ pro vſufructu datur,(a) *aut eſt Confeſſoria, qua quis dicis vſumfructũ ſibi deberi, aut negatoria, qua Dominus negat alteri ius vtendi fruendi eſſe.*(b)

(a)ſup. in continuat (b) l.1.& tot.tit.vbi DD.ff.ſi vſuſf.pet.vel ad aliũ pertinere negetur.§ æquè Inſt de actionib.

XXII.

Denique ne proprietas omninò inutilis ſit ſemper abſente vſufructu placuit certis modis vſumfructum finiri, vt morte tam ciuili, quàm naturali, & alijs.(a)

(a)de quib.

(a) de quib. in §. fin. vbi DD. Inſt. h. t. & in l. corruptionem 16. C. h. t. vbi Caſt. & alij.

XXIII.

Vnde & banniti, cum is ciuiliter mortuus ſit.

Caſtrenſis d. loco nu. 2.

XXIV.

Sin autem vſumfructum hæredi quoque deberi placuerit, proximo tantum & non cæteris deferetur.

l. repeti. 5. ff. quib. mod. vſuf. amitt. & clarius in l. antiquitas 14. C. h. t. Gomez. d. c. 15. nu. 18. Schneid. nu. 3. & alij in d. §. fin. Ceph. conſ. 436. nu. 90. lib. 3.

XXV.

Eccleſiæ aut municipio vſusfructus relictus centum annorum ſpacio finitur.

l. an vſusfructus 56. vbi gl. in verbo longæui & Coſtal. ff. h. t.

XXVI.

Sed & ſi Eccleſia iuſſu ſuperioris demolita, aut ciuitas inducto aratra deleta, aut aliâs extincta fuerit, vſusfructus finitur.

l. ſi vſusfructus ff. quib. mod. vſuſf. amittatur. Gaill lib. 2 obſ. 61.

XXVII.

Non vtendo quoque per modum vſusfructus amittitur. (a) *Vnde mater vſufructuaria ſi filij proprietatem alienet, iure ſuo priuabitur.* (b)

(a) d. §. fin. Inſt. h. t. (b) Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. qq. caſ. 78. nu. 2. qui Ruin. conſ. 48. nu. 2. lib. 2. allegat.

COROLLARIA.

I.

Vſusfructus in multis caſibus pars dominij eſt.

l. 4. ff. h. tit.

II.

Vaſallus feudi vſumfructum relinquere non poteſt.

arg. c. 1. de prohib. feudi alien. per Fred. l. fin. C. de reb. alien. Peckius lib. 5. de teſt. coniug. c. 6. Burſ. conſ. 49. nu. 36. Iul. Clar. in §. feudum. q. 37. nu. 2.

III.

Vſusfructus retentio conualidat donationem omnium bonorum.

Crauet. conſ. 222. Boërius deciſ. 204. num. 38. & 45. & deciſ. 353. num. 14. vide Couuar. lib. 3. var. reſol. c. 11.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0009-7

153255

AB: 153255

(X 22203998)

K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0011-4

De Legat. et Testamentis [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449408-p0012-0

HESES

ATERIA

FRVCTV DE-

VMPTAE.

A FAVENTE GRATIA,

RISS. ET CONSVLTISS. VIRIS

ronenburgero, & D. Ioanne Hol-

t. Dictatore & Fiſco, pro lauda-

recepta conſuetudine, in flo-

uridicæ facultatis apud

ollegio publicè de-

dere conabitur.

YMVS HACK.

Virginis M. D. XCI.

VI. Iunij.

IAE AGRIPPINAE Aa

PETRVS KESCHIDT.

24 26